

Band III., Nr. 558, Seite 6-7

König Friedrich II. schenkt dem Stift Speyer auf den Tag, da die Leiche seines zu Bamberg ermordeten Oheims, des R. Königs Philipp, nach Speyer überführt und dort in der Kaisergruft der Kirche zur hl. Maria beigesetzt wurde, zu seinem und der Seinen Seelenheil und zu Haltung eines Jahrtages für seinen Vater und Oheim die ihm erbeigene Kirche zu Esslingen mit dem Patronatrecht und allem was an Einkünften und sonst dazu gehört.

Speyer, 1213. Dezember 30.

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie, inperpetuum. Si homini Iudeo adhuc sub umbra legis veteris constituto superfluum videbatur et vanum orare pro mortuis, nisi eos qui decesserant speraret resuscitandos, nos, qui sub tempore gracie et veritatis sumus constituti, sub firmitate catholice fidei de futura mortuorum resurrectione dubitare non possumus. Salubre et necessarium orare pro caris nostris iudicamus et largicione elemosinarum eis subvenire, ut si forte aliquid eis culpe humane fragilitatis inheserit, elemosinis et oracionibus vivorum deleatur. Notum igitur esse volumus omnibus presentem paginam inspecturis, tam presentis etatis quam posteritatis successure, quod nos eo die quo corpus carissimi patrum nostri Philippi, gloriosi Romanorum regis augusti, translatum a civitate Babenbergense, ubi innocenter et tam crudeliter quam fraudulentur occubuit, in Spirensi ecclesia ad busta imperatorum et regum, parentum et antecessorum nostrorum, qui ibidem sepulti sunt, fecimus sepeliri, ad honorem dei et beate Marie virginis, in cuius honore ecclesia Spirensis est fundata, et ob salutem animarum dilecti patris nostri Hainrici, incliti Romanorum imperatoris augusti et regis Sicilie, et iamdicti karissimi patrum nostri regis Philippi, Romanorum regis augusti, simul quoque pro animabus aliorum parentum nostrorum, ecclesiam in Esselingen, que iure hereditarie proprietatis ad nos pertinebat, iamdicte ecclesie Spirensi liberaliter tradidimus, videlicet tam in iure patronatus quam in omnibus aliis que ad ipsam ecclesiam Esselingen pertinere non dubitantur, dote, decimis, hominibus et quidquid est quod ad ipsam ecclesiam spectare cognoscitur: ita quod universi proventus seu redditus, provenientes quoquomodo ab ipsa ecclesia, dote, decimis, oblationibus, sive fictis et locacionibus, cedant ad communes usus dominorum canonicorum Spirensis ecclesie, et in eorum voluntate et arbitrio sit atque facultate, sicut voluerint, de ipsa ecclesia ordinare, ad hoc ut ipsi studiosius et cum maiore devocione anniversarios tam

II

patris tam^a patruī nostri recolant et ordinent celebrari. Ut autem hec omnia perpetua firmitate subnixa permaneant, presens privilegium inde conscribi iussimus et sigillo maiestatis nostre communiri. Statuentes et districtissime precipientes, ut nemo sit umquam qui hanc donationem nostram aliquo modo infringere presumat. Quod qui facere attemptaverit quinquaginta libras auri puri componat, dimidiam partem fisco nostro, partem reliquam sepedicte Spirensi ecclesie persolvendam. Huius rei testes sunt: Theodricus Treuerorum archiepiscopus, Wolframmus abbas de Wihenburg^b, Chunradus abbas de Mullenbrunnen, Daniel abbas de Sconauia, abbas Uterine vallis¹, abbas de Alba² atque abbas de Lymburch, abbas de Otenheim, abbas de Sunnesheim, Eberhardus de Eberstein, comes Gotfridus et comes Chunradus de Calwe, comes Albertus de Lewenstein, Albertus de Antse³, Rudolffus de Chiselowe, Marquardus de Wilre, Albertus de Rossewach, Walterus pincerna de Sips⁴, Berengerus frater suus, Hainricus magister coquine de Rotemburch et alii quam plures. Signum domini Friderici secundi, divina favente clemencia Romanorum regis et semper augusti et regis Sicilie. Ego Chunradus Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domni Sifridi, Maguntine sedis archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarius^c, recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC. XIII., indictione secunda, regnante domino Friderico secundo, dei gratia Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno Romani regni ipsius secundo, Sicilie vero XVI. feliciter. Datum in civitate Spirensi III. kalendas mensis Ianuarii.

Der Textabdruck erfolgt nach dem *Liber Obligationum* des Stifts Speyer im GLA Karlsruhe, Bd. 1, fol. 90 b.

^aSo die Vorlage statt *quam*.

^bSo die Vorlage statt *Wizenburg*.

^cSo die Vorlage statt *archicancellarii*.

¹Eußerthal.

²Bad Herrenalb.

³Endsee.

⁴Oberschüpf.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/449 fol. 90 v - 91 r

Überlieferung und Textkritik:

Bestätigungen durch: Papst Innozenz von 1214 April 4 (Nr. 559), Herzog Heinrich von Brabant von 1215 August 22 (Nr. 579), Friedrich II. von 1225 Juli (Nr. 696) und Heinrich (VII.) von 1226 November 26 (Nr. 720).

Editionen:

FRANZ XAVER REMLING (HRSG.): Urkundenbuch zur Geschichte der Bischöfe zu Speyer, 2 Bde., Mainz 1852-53. [ND Aalen 1970], Bd. 1, S. 147, Nr. 131. Huillard-Bréholles: *Historia diplomatica*, Bd. 1,1, S. 281. MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, Bd. 14,1: Die Urkunden Friedrichs II. 1198-1212 und Bd. 14,2: Die Urkunden Friedrichs II. 1212-1217, bearb. von Walter Koch unter Mitwirkung von Klaus Höflinger und Joachim Spieg, Nr. 213.

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 3. JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: *Regesta Imperii* Abt. 5: Die Regesten unter Philipp, Otto IV., Friedrich II., Heinrich (VII), Conrad IV., Heinrich Raspe, Wilhelm und Richard, 1198-1272, nach der Neubearb. Und dem Nachlasse Johann Friedrich Böhmers neu hrsg. Und e, Bd. 1,1, S. 184, Nr. 714.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Speyer

Aussteller:

Friedrich II.; König/Kaiser

Ortsindex:

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)
 Bad Herrenalb, CW
 Bamberg, BA
 Calw Wohnplatz (6981)
 Calw, CW
 Endsee, Steinsfeld, AN
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Eußerthal, SÜW
 Kislau Wohnplatz (5534)
 Kislau, Bad Schönborn, KA
 Limburg, Bad Dürkheim, DÜW, W
 Löwenstein Wohnplatz (2065)
 Löwenstein, HN
 Mainz, MZ
 Maulbronn Wohnplatz (7043)
 Maulbronn, PF
 Metz, Dep. Moselle, Frankreich
 Oberschüpf Wohnplatz (3684)
 Oberschüpf, Boxberg, TBB
 Odenheim Wohnplatz (5432)
 Odenheim, Östringen, KA
 Rom, Latium, Italien
 Rothenburg ob der Tauber, AN
 Roßwag Wohnplatz (1126)
 Roßwag, Vaihingen an der Enz, LB
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD
 Schönau Wohnplatz (6501)
 Schönau, HD
 Sizilien, Italien
 Speyer, SP
 Trier, TR
 Weiler Wohnplatz (6556)
 Weiler, Sinsheim, HD
 Weisenburg, Dep. Bas-Rhin, Frankreich